UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Heribertus Archiep. Oblivio injuriarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71907

Visual Library

S. HERIBERTUS ARCHIEP.

Oblivio injuriarum.

Domine Jeſu Chriſte, qui pro crucifixoribus tuis Patrem moriens deprecatus es; da nobis, S. HERIBERTI meritis, exemplum tam pium ſubſequi, ipſarumque injuriarum, pro tuo amore, penitus obliviſci.

Ora pro correctione vindictam quærentium, &c.

van Loybos delineavit

HERIBERTVS, poſt primam in Gorzienſi cœnobio inſtitutionem, ab Hildebaldo Wormatienſi Epiſcopo ſuſceptus in familiam, ſic profecit, ut Otto III Cancellarium habere voluerit. Sacerdos conſecratus, Herbipolenſes infulas deprecatus eſt: ſed Colonienſem Archiepiſcopatum detrectare non potuit anno 983, cum hac una ratione videretur caveri poſſe Cleri iſtius ſchiſma. Imperatorem comitatus in Italiam, ejus ibi mortui corpus in Germaniam retulit. Defuncto ſucceſſerat S. Henricus: cujus electioni quia non faverat HERIBERTVS, fuerunt qui ab hoc illum alienarent; unde crebræ Archiepiſcopo natæ moleſtiæ: cum cæleſtis monitor interceſſit, per quem cognita Præſulis innocentia eſt, amicitiaque reſarta. Inter viſitandum diœceſim Noveſii mortuus 1121, & in Tuitienſi quod fundaverat trans Rhenum monaſterio ſepultus, à Gregorio, veroſimiliter IX, canonizatus fuit lectâ, quam Monachus ſynchronus ſcripſerat, & Rupertus Abbas expoliverat Vitâ.

Ne quæras ultionem, nec memineris injuriæ. Lev. 19.